

## DE SVCCINO

inuentu est rarissimum , quām quod  
in mari non satis iustum moram tra-  
hit ad perfectionem coctionis suffi-  
ciētem. At quōd interdum in eadem  
massa partes aliæ candidiores sunt, a-  
liæ pellucidæ, in causa videtur esse vel  
diuersitas materiæ tenuioris , in quas  
liquidâ materia adhuc existēte, dum  
multum falsedini miscetur, partibus  
ijs inducit albedinem, reliquis pellu-  
cidis propter maiorem visciditatem  
nihil salis admittentibus, vel q pars  
**crassior** citius coaguletur, condensa  
ta falsedine exteratur ac dealbetur: te-  
nuior verò genuino & pellucido co-  
lore non simul cum illo destituitur,  
ideo quod nō simul coiuerit, nec fal-  
sedinem alterantem eodem tempore  
recepit, repugnante nimirum maio-  
ri viscositate: cuius notas firmior pel-  
lucidi compactio & addensatio sug-  
gerit, sicut candidioris materiam ra-  
riorem fuisse friabilitas ostendere po-  
test. Nec semel vidimus eandem mas-  
sam